Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cdor: et scribarum et seniores. Et interrogaue
runt eum pharisei et scribe. Quare discipuli
tui non ambulant iuxta traditionem seniorum
sed communibus manibus manducant panem.
At ille respondens: dixit eis. Bene prophetauit
ysaias de uobis ypocritis: sicut scriptum est:
Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum lon
ge abest a me. In uanum autem me colunt: docen
tes doctrinas mandata hominum. Relinquentes
enim mandatum dei: tenetis traditionem hominum

Fres non cessamus Dominica xxiiij. ad co
pro uobis orantes et postulantes. Iugiter
ut impleamini agnitione uoluntatis dei in
omni sapientia et intellectu spirituali: ut ambu
letis digne domino per omnia placentes: in omni opere bono fruc
tificantes et crescentes in scientia dei: in omni
uirtute confortati secundum potentiam claritatis
eius: in omni patientia et longanimitate cum
gaudio gratias agentes deo patri: qui dignos
nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine.
qui eripuit nos de potestate tenebrarum: et
transtulit in regnum filij dilectionis sui. In
quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum.

Ait. Loquente iesu ad sedium Matheum
turbas: ecce princeps unus accessit et adora
uit eum dicens. Domine: filia mea modo defun
cta est: sed ueni impone manum super eam et uiuet.
Et surgens iesus sequebatur eum: et discipu
li eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum pa
tiebatur duodecim annis: accessit retro et te
tigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim